



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prosæ Tomus ...

Conti, Giovanni Battista

Rom, 1704

Prosa III. De Christi Domini pœnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69458](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69458)

ho Deo vivente, & cum Deo vivente fe-
um licitas !

PROSA TERTIA.

De Christi Domini panis.

ORATIO.



Isceet, turbatque natu-
ra quas idoneis inter-
vallis discreverat re-
rum vices, ornatissi-
mi Auditores; & fa-
tetur, orbem terra-
rum dissimilem, aut
discolorem tartaro jam non esse, ubi
nullus ordo, sed horror inhabitat fu-
nestissimus. In fragmina lapides discin-
duntur. Ominosis assultibus inquieta
fatiscit tellus. Postibus, claustrisque
diffraetis monumenta restituunt vitæ
cadaverosas exuvias. Sol dum meridia-
næ lucis fastigium tenet, de repente in-
duit sese in nocturnam caliginem. Ve-
rum tamen nil mirum, si toto commi-
& sceri propemodum tartaro terra vide-
tur, quando facinoris, quod tartaro
toto feralius, atque immanius est, im-

manissima sedes existit. Occiditur per
 impios cruciatus in terra Deus. O vere
 tenebrarum potestatem, quæ inferre
 vitæ mortem, & saluti perniciem po-
 tuit. Vicit tamen & vita, & salus, sed
 mirando prorsus modo, hoc est, divi-
 no. Etenim Deus bellaturus cum de-
 mone sicut ab initio humanam pro ar-
 mis imbecillitatem suscepit, ita ad ex-
 tremum in majus omnipotentia suæ
 miraculum voluit ipsismet mortis, &
 tenebrarum armis regnum excindere
 tenebrarum, & mortis; utrobique pla-
 nè Deus; ibi quod sese accingit ad
 bellum imbecillitate suscepta; hinc ve-
 rò quod ipsis hostium armis debellat
 hostes, ac triumphat. Ita igitur quæ
 fecit olim ex nihilo Conditor, eadem
 reficit instaurator ex adversis, & oppo-
 sitis. At pergite breviter mecum Audi-
 tores in rei tantæ recordationem memori
 commiseratione, & reverenti pietate.

Postquam suis filiis abiecit sese
 ad pedes in humile ministerium, sese-
 que coegit in cibum, & poculum ad grā-
 de alimentum benignissimus Parens, &
 Pastor Christus Dominus; ut ærumna-
 rum exordium ducat ab horto, ad Get-
 se-

semani septa contendit: Ibi charitate illa perpetua, qua nos dilexit, præeunte hæbreæ sævitiam, se ipse innocentissimus agnus alterò cruentat, instruens suamet cogitatione, sibi que ante oculos ponens omnem futurorum aciem tormentorum. Anticipare scilicet festinatis curis concupiscit adventantem pænam, & fieri studet ante dolores dolens, qui omnipotenti sapientia docuit, iussitque in se convenire penitus arcannissimo fædere vel cum beatitudine ipsa miseriam.

En interim diræ proditionis architectus Judas vulneratum intimi amoris telo Deum, fallaci amoris argumento, pacisque pignore, salutatione, inquam, & osculo prodit ad crudelissimam necem. Concurrunt è vestigio prætorix cohortis manipuli cū lanceis, & fustibus, & stridore catenarum; jamque captivus agitur Dei filius in capitis, vitæque suæ exitium, hoc est, in afferendæ salutis, & libertatis nostræ negotium. De tribunali ad tribunal distrahitur, sistiturque apud improbissimos Judices Judex mundi. Sed quàm sanè criminosis Judicum improbissimorum

rum reatus est, apud quos tanquam reus in crimen vocatur æterna ipsa justitia, atque sanctitas! Etenim quo tandem locorum reus esse Deus possit, nisi ubi omne sceleri arbitrium traditur, & imperium? Quòd si tantum flagitii est, obnoxium alienis judiciis Deum facere; quale porro flagitium aut quantum, eundem indignissimis opprobriis, ac suppliciis adjudicare! Incussis colaphis verberatur ut procax: à spurcissimis nebulonibus illuditur, conspuitur, que ut demens: flagellis tunditur ad lassitudinem usque militarium lacertorum: transfigitur demum inculcato temporibus diademate spinarum; impositoque manibus commentitio arundinis sceptrò in ridiculæ majestatis imaginem deformatur qui coronatis regibus imperat, & cui vel servire plusquam cæsarea sublimitas est, & plusquam regia corona.

Huic laniensæ, his ludibriis non nisi divinitus superstitem Christum in spectaculum furenti populo exponit Romanus Prætor, atque ut saltem latronis, & Sicarii comparatione deterrima spectabiliorem reddat innocentiam,

tiam,

rea
ia ,
lem
ubi
im-
est ,
fa-
ian-
riis,
ola-
issi-
tur-
d la-
rto-
cato
im-
un-
ma-
egi-
am
re
nifi
n-
nit
la-
er-
en-
),

tiam , & miserationi opportuniorem ,
crepantibus cædem , crucemque odiis
Barabbam ingerit homicidam. Obstu-
pescite cæli: præ ipso quoque Barabba
Christus ad crucem implacabili vocife-
ratione , convicioque deposcitur . Ei
nempe , cui si conferatur illibata An-
gelorum integritas , labes est ; collata
Barabbæ latronis labes enormissima ,
illibata velut integras percensetur .
Mox ergo qui posthabitus latroni ad
veniam fuerat , præhabetur latronibus
ad supplicium ; dum in medio inter la-
trones velut accepto latrociniorum
principatu supra Calvarię jugum crucis
ligno configitur . Ut fur itaque , & la-
tro torqueris ab hominibus , & necaris
amantissimè hominum Jesu , cum ta-
men in mundum veneris consilio , stu-
dioque non aliud auferendi nisi mundi
ipsius peccata . Et certè si quidquid alie-
num est , auferre invito Domino , esse
furtum dicitur ; auferendo peccata mi-
Jesu videris quodammodò furtum fe-
cisse : nihil enim inveniri unquam po-
test , quod magis à te alienum sit , &
nihil rursus inveniri sæpè contingit ,
quod homine (propè dixerim) magis

invito auferatur ab homine, idest, à peccati amatore, atque authore, quàm peccatum.

Erat hoc tamen furtum actione gratiarum compensandum dulcissime mundi opifex: nunc autem quid tibi retributum officii ab inhumano hominum genere fuit? Immensum, & infinitum quiddam jam jam verbo concludam Auditores: moritur interficiente homine summus hominis Pater, ac Reparator; Et adeo immaniter ausa est opponere sese divinis consiliis Hebræorum iniquitas, ut dum destruere peccatum Deus aggreditur, ab impia Synagoga peccatorum maximum, crudelissimum, inauditum perpetretur, Dei hominis cædes. At at accedat improbus homo, ut voluerit adversus Dei consilia temeritate sua ad cor altum; semper adhuc supra temeritatis humanæ præcipitem altitudinem exaltabitur Deus. Peccat horrendum in modum homo divinum sanguinem fundens; parat Deus suomet sanguine præsentissimam medicinam vel ipsi peccato, quo funditur.

PRO.